

qui atq. (3.) Valetudinarii, milites, &c. 8. 19. pr. h. 3. in f. h. vid. Bach. V. 2. D. 5. th. 7. lit. D.

○ Testantur de facto controverso, in articulos ab actore, & interrogatoria à reo redacta; (Hinc testibus extra hos terminos deponentibus, tanquam non juratis, non creditur: *Wesenb. h. n. 4. c. 29. extrah.*) quod ipsi audiverunt, & viderunt. *vid. Wesenb. & Hahn. n. 4.*

Tempus & modum productionis, &c. testium *vid. sup. ad tit. de probat.* & redigatis, cui probatio per interlocutoriam imposita, libellum in articulos, hoc iudex adversæ parti communicat, quæ exinde facit interrogatoria: quod factò iudex testes & adversarium citat, examinat; eorum depositiones publicat, quod sequitur disputatio, tandemque causæ conclusio. *vid. Wesenb. h. n. 5. & ibi Hahn.*

DE JUR. ET FACTI IGNORANTIA.

XXII 6.

RANTIA.

Ignorantia est cognitionis ejus; quam quis habere potest, & privatio. Vel quis nullam habet rei cognitionem, e. g. homicidium factum esse: vel habet opinionem veritati contrariam, quæ dicitur error: vel aliquid novit, sed animò pendet, & dicitur dubitatio: hæc ignorantia idem est, quod error. Philosophis ignorantia variè dividitur: *Richter. 2. Eth. 7.* Jctis in ignorantiam Juris & facti ab objecto. *vid. Wesenb. h. & ibi Bach.*

XXIII. I. DE SPONSALIBUS.

D **C**OMPVTATIO GRADVVM est investigatio, quam late à se invicem personæ in cognatione & affinitate distent. **C**OGNATIO est vinculum personarum, à communi stirpe descendendum, carnali propagatione contractum; **†** Est vel naturalis tantum, vel civilis tantum, vel naturalis & civilis simul. 4. §. 2. *de grad.* Propagatio per masculinum sexum dicitur agnatio; per fœmininum, cognatio in specie. **L**INEA est collectio personarum inter se junctarum, gradus numero discernens. 1. *pr. de grad.*

† * Recta, Ascendens, qua à persona generata ad generantes ascendimus: Descendens, qua à generante ad generatas descendimus:

* Collateralis, quæ continet personas à latere junctas, a quas neque nos, neque illæ etiam nos genuerunt: Aequalis, in qua personæ æqualiter à communi stirpe distant; Inæqualis, ubi stipiti altera propior altera remotior est. **G**RADVS est distantia unius personæ ab alia per generationem facta, de cujus computatione * civilis, *vid. §. 7. 1. de grad. & observatur in probationibus, successionibus, &c. exceptis matrimonialibus, & quæ inde descendunt, ut criminalibus.*

* canonica: *vid. c. 35. q. 5. c. fin. vid. Cz. de b. arb. consangu. D. 1. th. 5. Berl. 3. concl. 24. n. 92. 93.*

D **A**FFINITAS est proximitas personarum inter uxorem & mariti consanguineos, & maritum ac uxoris consanguineos contracta justis nuptiis, 4. §. 8. *de grad.* Jure Canonico quacunq.